30

[...] deus Qui invisibili potentia sacramentorum
[tuo]rum mirabiliter operaris effectum ut licet nos
[ta]ntis misteriis exequendis simus indigni
tu tamen gratie tue dona non deserens etiam ad pre
ces nostras aures tue pietatis inclina deus
[cui]us spiritus super aquas inter ipsa mundi primor
[di]a ferebatur ut iam tunc virtute sanctificationis
aquarum natura conciperet deus qui nocentis
mundi crimina per aquas abluens regenerationis
[spe]ciem in ipsa diluvii effusione signasti
ut unius eiusdemque elementi misterio et finis es
set viciis et origo virtutibus respice domine in fa
[cie]m ecclesie tue et multiplica in ea regenera
tiones tuas qui gratie tue affluentis impetu leti
ficas civitatem tuam fontemque baptismatis
aperis toto orbe terrarum gentibus innovandis
ut tue maiestatis imperio sumat unigeniti
tui gratiam de spiritu sancto. Hic sacerdos facit per
modum crucis cum manu sua dividens aquam in mo
[dum] crucis dicens. Qui hanc aquam regenerandis
[...]dis hominibus preparatam archana sui numinis
admixtione fecundet ut sanctificatione concepta
ab immaculato divini fontis utero in novam
renata creaturam progenies celestis emergat
et quos aut sexus in corpore aut etas discernit


© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg